



**Problemata Evangelica Ut plurimum Emblematis
Coronata. Sive Quæstiones Curiosæ In singula Evangelia
Dominicarum Totius Anni**

Hartung, Philipp von

Egrae, 1689

Problema XLVIII. Cur manè Mulieribus Christus apparuerit? Dominica Paschæ. Valde manè unâ sabbatorum veniunt ad monumentum Marc. 16.
v. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76102](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76102)

Lætare, Dominicam Passionis; post dolorum. Sic semper actum est, sic Palmas & triumphos, parasceven agetur semper, & non aliter.



PROBLEMA XLVIII.

*Cur manè Mulieribus Christus
apparuerit?*

DOMINICA PA- SCHÆ.

*Valde manè unā sabbatorum veniunt ad monu-
mentum Marc. I6. v. 2.*

§. 1.
Cur Mulie-
ribus pri-
fis ac Apo-
stolis Chri-
stus appa-
ruerit.

Hesychius author antiquus ingeniosum mouit problema: cur redivivus IESus apparuerit mulierib⁹ cùm dilucesceret, discipulis verò cùm advesperasceret? non miror priùs feminis, quām viris visum esse, id enim merebatur feminarum præ viris Zelus, atque devotio, utpote quæ patientem Dominum planxere teneriū, crucifixo adhæsere constantiū, sepulto parentavere devotiū, & jam priores Apostolis venerunt ad sepulchrū, nullo custodum timore absterritæ, nullo Pontificum livore impeditæ, nullo vitæ, fortunarum, famæque periculo retractæ, quo minus Dominico corpori impenderent obsequium, & cum ungventis primâ luce ad sepulchrum advolarent. Non, inquam, quæro cur priùs Mulieribus gloriosam suam anastasin reverārit Dominus, sed cur manè, non meridie, non serò familiari easdem alloquio sit dignatus. Cujus Myterii duplēcē ut brevis sim, ratio-

nem reddam, quarum altera in virtutepurum, altera cedat in devotissimum encomium.

Cur manè mulieribus, serò hominibus Dominus JESUS apparuit? adhanc quæstionem respondet author ingeniosus: ut à circumspœcta JESU diligentia ediscant viri, mulieres nec consalutare, nec cum eis sermonem miscere, nisi sub aperta manifestatione; sub caligine verò non decet viros spirituales colloquia habere cum mulieribus. Hæc ille ad mentem D. Hieronymi epistola ad Oceanum: præcipue illud reor attentius providendum: primæ tentamenta Clericorum sunt mulierum frequens accessus; quid tibi revera cum feminis, qui ad altare cum Domino fabularis? prohibe Virgines tecum morari, et siiamsi de tuo genere sint, ubi enim cum viro habitant feminæ, viscarius est diaboli. Serò cum femina egit Petrus, & quidquid non tantum die tota ac potissimum in cœna Dominicæ, sed toto quo in Apostlico Collegio conversatus fuerat triennio, virtutum meritorumque

§. 2.
Cur manè
apparuerit
mulierib⁹,
causa ex
Serlogo
Sect. 9. it
c. 4. Cantica

collegit, uno pœne momento diffi-
pavit, ac desperdidit: *sexus enim iste,*
inquit Godefridus Abbas epistola
ad Hildebertum Cenomannorum E-
piscopum, *more ancille Ostiarie ge-*
rens officium, omnes quos allicit, aut
excludit à vita, sicut Petrum à Chri-
sto, aut concludit in mortem, sicut A-
dam in paradiſo.

§. 3.
Feminarū
conſortiū
cavendum
doct. Fi-
gura 1. A-
braham.

Cautissimus Patriarcha Abra-
ham sepulchrum sibi ſuæque lecfi-
ſimæ Conjugi designans, diviſit spa-
tia, ut ſeorsim ab iſpa humaretur,
quam & in diversa humavit spelunca:
ſepelivit eam in spelunca dupli-
Gen. 23. v. 19. an non unum idem-
que ſuffecifſet utrique ſepulchrum?
indecorum censuit vir sanctus si eo-
dem cum femina humaretur in tu-
mulo, nobis in poſthumum docu-
mentum, quā cautelā feminis coha-
bitandum vivis, si vix ſecurum eſt
manere cum mortuis.

Figura 2.
Loth.

Mulieres
Incendia-
ria.

S. Bernar-
dinus to-
z. Seru.

Utinam cautelam ſimilem pa-
truelis Abrahæ Loth adhibuiſſet, in
enorme facinus nequaquam dege-
neraſſet. Considerat Origenes Lo-
thi inter Sodomitias innocentiam, &
miram, qua hospites Angelos exce-
pit atque à ferotino cum Sodomitis
 colloquio abſtraxit, prudentiam, ob-
 quam ſulphureum evadere meruit
 incendium, & à Manuductoribus
 Angelis in aſylum deportari. Ve-
rū qui flammatum evaſit ſulphuris,
 non evaſit rogum mulieris: *uritur*
ille flammis mulierum, quem ſulphurea
flamma non uſſit. Origenes homi-
lias. in Genes. deferunt ſuos ſecum
ignes feminæ, ita ut appropinquare
iisdem vix poſſis, quin adurari
ſaltem, ſi non conflagres. De Mu-
lieribus dictum à Psalte putat D.
Bernardinus: *Incenderunt igni San-*
guarium tuum Ps. 73. quaſi incendi-
ariae ſint mulieres, quæ viva DEI
templa incinerant: audiamus Con-
cionatorem Seraphicum: *Psalmi-*
ſta in ſpiritu conſiderans prefens tem-

pus, in quo carnales & vanæ mulieres 47. art. 3.
cum meretriciis ornamentiſ accedunt
ad ſacratiſſima loca, & incendunt ſpi-
ritualia temploſ DEI, id eſt animas, at-
que materialia temploſ profanant, cla-
more ſpirituali hos apud DEUM ac-
cuſabat dicens: incenderunt igni
ſanctuarium tuum in terra, id eſt ani-
mas juuenum illas in Ecclesia inſpe-
diantium. Si hoc incendium ſpar-
giſtur in Ecclesia, ſi luce meridianæ,
ſi ante epulas, & lufus, quid domi?
quid in angulo? quid ſero veſpe-
re? quid diſtento cibis potibꝫque
corpo?

Scribit Joannes Boterū in di-
atis memorabilibus apud Indos
mulierem vocari *Ita*, quo eodem
vocabulo etiam dæmon appellatur,
ita ut linquā Indicā idem signifi-
cat dæmon quod Mulier, eodem
ambo nomine *Ita*. Quæ Boteri re-
latio credibilior ex eo mihi redditur,
quòd in vita S. Barlaam apud D. Jo-
annem Damascenum inveniam, In-
dorum Regum unum aliquem, ex
Medicorum consilio accuraffe, ut
primogenitus Regis per primam
annorum decadem in obſcuro edu-
caretur conclavi, nec ad ullius ſeu
animantis, ſeu artefacti, ſeu cuiuſ-
vis alterius rei ſpectaculum admit-
teretur; lapsis itaque duobus lu-
ſtris, cum Regius Princeps in aulam
paternam educeretur, & quidquid
jucundum, ac mirabile viſu, ſpeſta-
re juberetur, ubi ad gynecæum per-
venit & longo ordine, multoque
tempore heras, herulasque nun-
quam in vita viſas aſpexit, ex Aulæ
Præfecto percontatus eſt, quid hoc
rei? quod animal? quale illi no-
men? respondit Præfectus: *demo-*
nes appellari à quibus hominum men-
tes in errorem traherentur. com-
placuit in hiſce damonibus ita ſibi
adolescens regius, ut cum in coena à
rege interrogaretur, quidnam ex o-
mnibus eā die primum viſis potiſ-
ſimū

Mulier id
ſignificat
Indis
quod Dæ-
mon.

Simūm ei arrisisset? innocenter responderit: dæmones illi, qui mentes hominum in errorem trahunt, præ omnibus placuerunt, neque alterius perinde rei, ac horum amore dæmonum animum mihi exhilarari, inflammarique sensi. Lusserit aulæ Magister in voce *Ita* & pro Muliere dæmonem appellârit, at sensit innocens animus in muliere dæmonem, cuius citò ignibus accensus est, gerunt suas secum flamas inferorum genii, gerunt & ignes secum sagittas mulieres, quibus sagittent in occulto immaculatum. Nec malè femina *Ita* dicitur, quia vel blanditiis suis assentitur Viro, consentitque oculis, ore, nutu, *Ita*, vel ut nequitiae ejus vir annuat, & dicat, *Ita*, sicut Adamus Evæ dixit, procurat.

§. 4.
Nullus unquam bonus Angelus speciem mulieris assumit cur?

**E. Cor. 11.
v. 10.**

Observant Sacrarum profanarumque historiarum periti, nullib[us] neque in Divinis litteris, neque in canonicis authenticisve historiis reperi Angelum bonum in specie Mulieris comparuisse, sed puerorum, virorum, militum, leprosorum personam saepe numero induisse, eo quod forma Muliebris, etiam in Angelo apta sit ad nocendum, periculosa ad intuendum. Velari Mulieres jubet Apostolus propter Angelos, quod Angeli horreant, ac detestentur formas præsertim nudas seminarum. Sit quamvis mulier Angelicâ modestiâ, continentiaque insignis, vitanda nihilominus est filiis DEi, nè Sethianis posteris redantur pares, de quibus Genes. 6. v. 2. legere est, & ex filiis lucis, in filios tenebrarum degenerent, si præser-tim serotino tempore, aut in caligine, prolixa protrahant colloquia. Ex quo Mulier cum serpente locuta est, venenatum contraxit halitum, unde facile veneno inficit, quos blando alloquio afficit. Mulierum halitum venenatum esse, inquit re-

centior quidam apud Lauredanum, quod cum serpente olim locuta est mulier. Unde nil mirum intoxicatum fuisse Adamum amore primùm Evæ, tum vetiti esu mali. Venenum à feminis primùm inventum esse testatur Diodorus Siculus, primum certè naturæ nostræ venenum à prima instillatum est muliere, & instillatur etiamnum per eos anhelitus, & alloquia, quæ bonos corrumpunt mores.

Cavenda proinde non necessaria Mulierum alloquia, clancularia præsertim & solitaria, sub cuiusvis pietatis prætextu, quia ut expertus affirmat Augustinus: *multoties sub prætextu pietatis, latet viscus libidinis, experto crede, expertus loquor.* Cùm redivivus Dominus hoc ipso de quo agimus manè, solus sine arbitris cum Magdalena ageret, & hæc ad figendum sacratissimis pedibus osculum se se abjiceret, procul ab se discipulam ablegat, atque ut legatione fungatur, imperat: *noli metangere, sed vade ad fratres meos, non sinit gloriosos pedes suos IESUS contingi, cùm Mulier sola sine comitatu est, permittit in præsentia cæterarum, siquidem illud de figura est, hoc de sexu* inquit Chrysologus sermone 67. Sexum videlicet feminarum repræsentavit Magdalena, qui cum solitario minime agendum figurare docuit Incarnata Sapientia.

Nescio quid infelicitatis sexui femineo adhæreat, ut damnationem virili sexui petat, cùm ejusdem petere intendit salutem. An non filiorum suorum salutem Zebedæa Mulier intendit cùm ad pedes Christi procidua rogavit: juberet sedere filiorum alterum ad dexteram, ad sinistram alterum? Et dum sinistram petit, quid nisi postulat dilectorum uni filiorum damnationem? Quare à Dæmon incitatam hanc Matrem censet Chrysostomus, ut quod

§. 5.
Figura 3.
Christus
redivivus.

§. 6.
Mulier
cum Viro
petere in-
tendit sa-
lutem, pe-
tit nihil
min9 mor-
tem.

quod per se efficere non poterat, per mulierem impetraret. Audi-
amus aureum Oratorem: *vidit dia-
bolus quia per illos ipsos Jacobum &
Joannem adversus eos agere non
valebat, contulit se ad confusa ar-
ma, Mulierem. Adam per Evam
spoliavit, ita etiam istos separaret per
Matrem, nam et si Mater erat, mulier
erat. Paucæ sunt Monicæ, quæ in
lacrimis suos filios regenerent ad
salutem, plures Saræ sunt, qui filios
risus & deliciarum generare amant
in mortem.*

Ipsiusmet JESU vitam & salu-
tem cùm uxor Pilati postulat, mor-
tem & damnationem totius gene-
ris humani postulat, cuius videlicet
impedire nititur redemptionem.
*Sedente illo pro tribunali misit ad eum
uxor ejus dicens: quid tibi & justo
illi Matth. 27. v. 19. bono an malo
incitata spiritu uxor Pilatum pro vi-
ta IESU interpellari, litigant inter-
pretes; sunt qui malo missionem
hanc imputant, inter quos Mogun-
tinorum Archiepiscopus Rabanus
Maurus: Diabolus intelligens per
Christum se spolia amissurum, sicut pri-
mum per Mulierem mortem intulerat,
ita per mulierem vult Christum de ma-
nibus Judæorum liberare: nè per e-
jus mortem, mortis amitteret imperi-
um. Priùs Rabano Divus Ignatius
Martyr epistolâ ad Polycarpum i-
dem docuit: cùm paranda esset crux,
diabolus tumultuabatur, & pœnitentia-
tiam immittit proditori, & mulierculam
turbans in somnis ut à crucifixio-
ne cessarent, inducere moliebatur, su-
am ipsius perniciem sentiebat.*

§. 7.
Refutan-
tur predi-
cta, inque
encomium
Mulierum
traducun-
tur.

Nolo plura in feminei sexūs vi-
tuperium, quin imò ea omnia, quæ
hactenus in contemptum dici vide-
bantur, in solidum facile converti
posse præconium animadverto. Æ-
dificavit Abraham speluncam du-
plicem in reverentiam Exuviarum
Saræ, pone quas se tumulari nimio

duxit honori, séque indignum reli-
giosissimus princeps censuit. Cer-
te ab eo tempore, quo Saræ tumu-
lata est, nullā amplius apparitione
Abrahamum dignatus est DEUS,
quasi in Saræ potissimum gratiam
tot antehac gratiis cumulatus fuis-
set. Lothi incoustum non excuso,
sed filiarum ingenium miror, quod
nescientem libertatisque minùs
compotem induxerint in errorem,
neque igneum muliebribus genium
esse infiōr, ideoque cœlestia pe-
tunt, & sicut ignis elementis cœteris,
ita animantibus omnibus, ob crea-
tionis suæ excellentiam præstant;
at cur viri fomitem tam liberaliter
alunt in pectore, ut vix visâ muliere
flammam corripiant, ardeant, exu-
rantur? num ardoris cerei aut lam-
padis culpa est, quod culices ultrò
involent, suásque exurant alulas?
num solis probrum est, quod mor-
tales plurimi radiis illis percussi ca-
dant in cineres? num detestabilis
idcirco ignis, quod Solymæam ex-
uaserit basilicam, aut moles præ-
grandes in auras ejiciat? non est
culpa ignium, sed qui male ignibus
usi. Ignem venit JESUS mittere,
hoc quisquis ardet, facile compescit
ignibus ignes. Sint cœteræ muli-
eres ignibus plenæ, at est earum u-
na quæ non unum sed omnia in suo
nomine producit Maria, quo felici-
ter ignes maligni sopiantur. MA-
RIAM cogita MARIAM invoca,
non recedat ab ore, non recedat à
corde, & quam parum femineæ te
exurant flammæ, experiere. Voca-
bulo eodem Mulierem & dæmo-
nem nuncupari apud barbaros quid
mirum? barbaræ loquitur qui rem
nominis utrique vult esse commu-
nem. Nunquam formam Mulie-
ris bonus Angelus induit, neque
dæmon formam columbae. quem-
admodum ergo dæmon in Spiritus
Sancti reverentiam columbae speci-
me

em assumere non præsumit, ita & boni genii in devotis sexū honorem reverentiāque eādem abstinent formā & figurā. Venenatus Mulieris halitus quomodo sit non video, cūm de sola serpenti dīctum sit, muliere: *ipsa conteret caput tuum.* Serpentinum caput & venenum mulier, non vir elidit, neque venenum ingerit, sed exterit, exterminatque, nisi forte venenatum illi culpā suā attrahant halitum, qui aranearum more etiam de rosa exugunt venenum. Magdalena ad pedes Christi statim non admissam figura fuit, non culpa, neque cautela, sed gloria & æstimatio, quæ jam dignior erat, quām ut ad solorum pedum osculum admitteretur. Non horruit Christus à dilecta sua attritari, cuius ipse frontem sacrī digiti attigit, & quæ hodieque in ejusdem crānio Massiliæ conspiciuntur, vestigia seu fossas digitorum in pinguis amoris immortale impressit. Zebedæa Mater nihil sinistrum postulavit, dum sedere filiorum alterum ad sinistram voluit, sedere enim Electorum est, stare autem à sinistris reproborum. Pilati uxorem non à malo sed optimo genio incitata, ut Christi innocentiam palam profiteretur, communiter Patres affirmant cum Augustino, Chrysostomo, Hieronymo, Ambrosio, Hilario, convincuntque rationes complures, quas apud Sylveiram videre est. Ingens profectō devoti sexū præconium, quod hic plus pro Christo passus sit in somno, quām Apostoli omnes, discipuli omnes, viri omnes, in vigiliis suis: *Multa enim passa sum per visum hodie propter eum.* Math. 27. v. 59. non est immissum Pilato Somnium, sed uxori; quia hæc dignior & fidelior. Suppressisset Pilatus Somnium, at hæc toto palam Clero populo quesomnium evulgit, & JESU in-

nocentiam per submissos internuntios contestatur: Totius Ecclesiæ personam Procula egit, ut docet D. Hilarius, *& incredulū populum ad fidem ad vocavit, quia ipsa multū sit passa pro eo.* Vix per visum gustavit, sensitque aliquid de Domini passione Mulier, & sic animo roborata est, ut non modò pro Domino staret, sed Maritum & populum Universum ad Christi fidem adducere niteretur.

S. Hilar.
Canon. 38.

Si Dalila una fecellit Samsonem, si Bethsabea excordavit Davidem, si Mulieres alienigenæ infatuārunt Salomonem, si Eva depravavit Adamum, considerandæ vicissim sunt feminæ quæ Regno integro attulere salutem. Nihil de Debora dicam, quæ eruditivit populum Israël, nihil de Esthere, quæ Amarem, Juditha quæ Holofernem, Jahel, quæ Sisaram sustulerunt, sublatisque nefaris capitibus toti Hebræorum populo attulere salutem; Solas Christiani nominis heroinas recogito, per quas facta salus est in regnis Christo felicissimè subactis. Convertit Matildis Germaniam, Ludmilla Bohemiam, Cunegundis Bavariam, Clotildis Galliam, Engelburga Angliam, Margarita Ungariam, Elisabetha Lusitaniam, Vidilina Scottiam, ut brevitatis amore cæteras involvam silentio. Acutè de D. Ursula dixit Crombachius, plus illam oratione unā ad socias habita profecisse, cūm easdem ad Martyrium subeundum animaret, quām D. Petrus oratione geminā, in quarum altera tria, in altera vero quinque milia convertit, Ursula vero undecies millena capita sub virginitatis Laureola servavit atque ad Martyrii palmam animavit. Plures una Samaritana adduxit ad Christum, quām ante Spiritū Sancti illapsum Apostoli universi. Andreas enim Petrum, Philippus Nathanaelē,

§. 8.
Encomia
Sexū fer-
minæ.

Sylvester
Prieta a-
pud Sur.
& Sylvie.
I. v. c. 3. q.
44. in E-
vang.

Andreas & Philippus gentiles aliquot ad Christum adduxit, Samari-tana verò Samariam totam. *Peccatrix ad venerat, inquit de ea Ambro-sius in 3. Eccli, reveritur prædica-trix.* De Phœbe Doctor gentium fatetur: *Commendo vobis Phœben sororem nostram, quæ est in Ministe-rio Ecclesiæ ipsa quoque adstitit multis & mibi.* Rom. 16. Ecce doctoris gentium doctrix femina. Aliam i-dem commendat & plurima dona-ri cupit salute, Mariam nomine, quæ multum laboravit in vobis. Nimirum sicut Abraham dictum est: *omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem ejus, quia plus hac in re, in-quit interpres Hieronymus, sapit fe-mina quam vir, ita hodiéque per molliorem hunc sexum viri ad vir-tutem erudiuntur, pérque fidelem Mulierem viri infideles sanctifican-tur.* Quod de Magdalena dixit Ambrosius lib. 10. cap. 14. in Lucam *per os mulieris vita reparatur, id de plurimis repeti ex vero debet: per os Mulieris vita reparatur, pietas instauratur, virtus acceditur, salus obtinetur.*

De ornatu sacro tabernaculi & sacerdotum scripsit Moyses: *quid- quid ad cultum & ad uestes Sanctas necessarium erat, viri cum mulieribus præbuerunt.* Pagninus legit: *virii post Mulieres venerunt: Oleaster verò: feminæ prius venerunt, deinde viri, quoniam promptiores semper sunt feminæ ad opera pietatis & religionem, quam viri.*

In persona Christi dixit patiens Job: *derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos c. 19, v. 20. quæ verba aptissimè exponit mellifluus Abbas c. 2. de pass. per labia quæ sunt cæteris membris molliora, mulie-bris sexus mollis & infirmus designa-tur, quia solus Christo adhæsit, atque idcirco promeruit, ut primo mane*

tanquam primæ admissionis familiaribus redivivus Salvator resurrec-tionis suæ gloriam manifestaret. *Sufficit dicere, ait D. Hieronymus in c. 1. Sophoniæ primum apparuisse mu-lieribus, & Apostolorum illas fuisse A-postolas.* Quod Hieronymo hoc & mihi sufficiat dixisse.

Pro Coronide orientem Solem pingo, qui primos radios spargit in montium cacumina, & turrium a-pices cum Epigraphe: *his primis lux prima videtur.* vident primam Solis surgentis lucem montes & tur-res. Primam IESU Resurgentis glo-riam vident mulieres, cur? quia e-minentissimi virtutum montes sunt. Proverbio dicitur. *Aurora Musis amica, Musæ fuere (nisi Gratias ma-lis dicere) Maria Magdalene, Maria Jacobi, & Salome, idcirco amicam habent Auroram, ejusque primos excipiunt favores.*

Islaëliticum manna primo manè colligendum fuit: Manna manè venit. ut divi-næ consolationis Manna piæ muli-eres colligant, manè veniunt, oportet enim solem prævenire ad ben-ectionem: *qui manè vigilant ad me, invenient me.* Areolæ diversorum florum ad solis ortum sinus fu-os pandentium eleganti donantur epigraphe: *Soli panduntur amoris, panderunt desideriorum suorum si-nus exorienti animorum amorumque Soli beatæ mulieres, quid mi-rum luce gratiæ & consolationis easdem irradiatas fuisse.* Denique gregi avicularum in arbore con-sidentium, & canoris voculis exori-entem solem salutantium lemma adjicito: *manè canunt capiuntque Salutem.* Salutem plurimam resur-genti Soli suo primæ dixerunt mu-lieres, ideo & salutem primæ rece-perunt, audieruntque: *avete. Vi-gilemus & nos de luce, & cum Re-gio Psalte manè adstemus & videa-mus*

§. 9.
Emblema.

mus gloriam Divinissimi Solis nostri, manè veniat, & sine occasu maneat
cui Soli honor & gloria, nobis verò benedictio in sæcula.



PROBLEMA XLIX.

Cur serò Apostolis CHRISTUS
apparuerit?

DOMINICA IN ALBIS.

Cum ergo serò esset, die illo venit JESUS.

Joan. 20. V. 19.

§. I.
Decem
causa cur
Decadi A-
postolorū
serò Chri-
stus' appa-
ruerit.

Cur congregatæ disci-
pulorum decadi Di-
vinus Magister serò
apparuerit, decem
professi causas posse
video, quarum ulti-
mam pro decumana excepturus
sum. Serò venit ad plectendam
Apostolorum recordiam, ita Chry-
sostomus. Serò venit, quia paratos &
divinâ præsentia dignos Apostolos
cetiùs non invenit, vel ut virtutem
eorum tentaret, & desideria exacue-
ret, ita Gregorius. Serò venit, ut se
non orientem solum, sed & occiden-
tem solem adorandum esse doceret,
ita Ambrosius. Serò venit, ut se
lucem in tenebris ostenderet, &
cœlestes vulnerum suorum carbunc-
ulos ex obscuro illustriùs emican-
tes exhiberet, ita Chrysologus. Se-
rò venit, ut se in vitæ vespera, quan-
do sensuum januæ claudentur, &
plena timorum erunt omnia, in ju-
dicium venturum insinuaret, ita
Gregorius Nyssenus. Serò venit,
ut qui se Columnam nubis in die
duobus Emauntinis exhibuerat &
ex nube divinissimum manna de-
pluerat (in fractione enim panis

cognoverunt hanc nubem) colum-
nam quoque igneam de nocte A-
postolis suis demonstraret, ita Nazi-
anzenus. Serò venit, ut parabo-
lam de vocatis horâ novissimâ in
vineam renovaret, & novissimos
primis, quibus apparuerat, inque
vineam vulnerum ac cordis sui e-
vocaret, pares esse ostenderet, ita
Euthymius. Serò venit, quia sub
seram vitæ vesperam quam maxi-
mè necessaria, utilis, jucunda ejus-
dem nobis erit præsentia, ita Bernar-
dus. Serò venit, ut seriam hanc ve-
ritatem per Apostolos Ecclesiæ u-
niversæ traderet, non succurrere
DEUM, nec prodigia operari, nisi
cum serò est, & desperata videntur
omnia. Ita iterum Chrysostomus,
celebri illâ suâ sententia, quæ erit
diictionis hodiernæ Cynosura: ha-
bet hanc consuetudinem DEUS, ut
succurrat, quando res est ad ultimum
redacta ē in casibus desperatis.

Videtur Salvator noster ad eun-
dem prorsus modum die gloriose
suæ anastasis egisse cum discipulis,
quo ante triennium in nuptiis Ca-
næ Galilææ egerat cum Matre. Vi-
num ista nuptialibus pro convivis à
Filio

§. 2.
Sic egit
Christus
cum disci-
pulis in
Resurre-
ctione, si-
cut Canæ